REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 70r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Explicit Reg. s. Macharii abbis. Incipit. Verbia sci Cuagrii epi

HEREDES dei audite sermones dei. coheredes autem xpi percipite eloqa
xpi. vt detis ea cordibus filiorum uestrorum. uerba autem sapientiu
doceatis eos. Pater bonus erudit filios suos. pater autem nequam dispe
eos; fides autem initium caritatis. finis autem dilectionis scientia dei. timor
dni custodit animam. continentia autem bona confirmat illam; Sufferentia
uiri generat spem. spes autem bona glorificabit eum. Qui seruituti subicit
carnes suas inpassibilis erit. qui autem nutrit eas dolebit sup illas; Spis for
nicationis in corporibus incontinentium. spis autem pudicitie in animis
abstinentium; Secessio cum caritate purificat cor. Separatio cum odio con
turbat illud. Melior est millesimus in caritate. quam solus cum odio in
abditis et speluncis. Qui alligat memoriam malitie in anima sua. similis est
ei qui abscondit ignem in paleis. Non dederis escas multas corpori tuo.
et non uidebis insomnis fantasias malas. Sicut enim extinguit flamma aquam.
sic fantasmata turpia extinguit esuries. Vir iracundus terrebitur. man
suetus autem intrepidus erit. Ventus ualidus fugat nubes. memoria autem
malitie. sensum scientie. Qui orat pro inimicis. hic inmemor est malitie.
Qui autem parcet linguae. non contristabit proximum suum. Si exacerbauerit te
frater tuus induc eum in domum tuam et ad ipsum ne pigeat te introire. sed
manduca cum eo panem tuum. hoc enim faciens eripies animam tuam. et non erit
tibi offendiculum in te port orationis. Sicut caritas gaudet paupertate. sic
odium delectatur diuitiis. Non poterit diues scientia et camelus non
introibit in foramen acus. sed nihilorum impossibile est apud dnm. Qui di
ligit pecuniam non uidebit scientiam. et qui congregat illam. contenebra
bitur. In tabernaculis humilium commorabitur dns. in domibus autem sup
borum. multiplicabitur maledictum. In honorat dm. qui transgreditur
legem eius. Qui autem custodit eam. glorificat factorem suum. Si emularis
xpm beatus efficeris. in morte autem eius morietur anima tua. et non con
traheris ad tu malitiam. sed erit processus tuus sup ortum stellae. et resur
rectio tua tamquam sol fulgebit uenienti in die mortis. Quemadmodum enim
euolauit corpus exanimo suo. sic in munda anima ex corpore suo; Animam
iustorum deducent angeli. animas autem malorum suscipient demones. Quo
cumque ingressa fuerit malitia. ibi et ignorantia; Corda iustorum. imple